uenires et amore rursum moysi ductoris
inpatiens gregi et certo libidinis furibun
da dixisset, israhel dii isti tui qui te eduxerunt
de terra egypti; accipit praecepta non bona
et iustificationes pessimas in quibus
non uiueret sed puniretur; Quid
ergo mirum si et lacerauerat ab uiduis
de quibus in alio loco apostolus dixerat
Cum luxoriatae fuerint in xpo nubere
uolunt habentes damnationem quia
primam fidem inritam fecerunt
Concessit digamiae praecepta non bona
et iustificationes pessimas, sacerdos
indulgens maritum et quauis et si li
berit uigesimum, ut sciret non sibi
Non tam maritos datur quam ad
ulteros amputatur; Haec filia in xpo
carissima inculco et crebrius repeto
ut posteriorum oblita in priora te
extendas. habes tui ordinis quas re
quiras; Iudith de hebreae historia. et An
nam filiam Phanuhelis de euangelii clarita
te quae diebus et noctibus uersabantur
in templo et orationibus atque ieiuniis
thesaurum pudicitiae conseruabant;
Unde et altera in typo aecclesiae diabo
lum capite truncauit. Altera
saluatorem mundi prima suscepit.
sacramentorum conscientia futuro
rum; Illud in calce sermonis quaero ut
breuitatem libelli non de inopia elo
quii et de materiae sterilitate sed de pu
doris magnitudine estimes accidisse

Dum uereor ignotus me diu in
gerere auribus et occultum iudicium
legentium pertimesco,

HIERONIMUS AD PAMMACHIUM SENATOREM DE OBTIMO GENERE INTERPRETANDI

XLV. PAULUS APOSTOLUS PRESEN
te agrippa rege de criminibus
responsurus quod posset intelle
gere qui auditurus erat, securus
de causae uictoria statim in prin
cipio gratulatur dicens, De omnibus
quibus accusor a iudeis rex agrippa
estimo me beatum cum apud te sim
hodie defendendus, qui praecipue nos
ti cunctas quae in iudeis sunt consuetu
dines et questiones. Legerat enim
illud isaiae, beatus qui in aures loquitur
audientis et nouerat tantum oratoris
uerba proficere, quantum iudicis
prudentia cognouisset, Unde et
ego beatum me in hoc dumtaxat
negotio iudico quod apud eruditas
aures imperitae linguae responsu
rus sum quae obicit mihi uel ignorantiam
uel mendacium, si aut nesciui alienas
litteras uere interpretari. aut nolui.
quorum alterum error alterum
crimen est, ac ne forsitan accusator
meus facilitate qua cuncta loquitur
et inpunitate qua sibi licere omnia putat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0280